

coniuro et contestor. Septem estis sorores: prima ex vobis que dicitur lilia, secunda reptilia, tertia fugalia, quarta suffocalia, quinta affrica, sexta iulia, septima ignea. Si estis prime aut secunde aut tercie aut quarte aut quinte aut sexte aut septime aut octave aut none aut qualescunque estis, coniuro vos per patrem et filium et spiritum sanctum, per sedem maiestatis, per aye, per sophye, per sanctam trinitatem, per dominam sanctam Mariam matrem domini, per sanctum Michaellem, Gabrielem, Raphaelem et per omnes sanctos angelos et archangelos, per tronos, principatus, potestates, virtutes celorum, per cherubin et seraphin et per patrem et filium et spiritum sanctum, per deum vivum et verum, per deum sanctum, per quatuor evangelistas Iohannem Lucam Marcum Mattheum, per CXLIII milia innocentum, per agnum dei, per illas virtutes quas¹ celum et terra continet, per sanctum Iohannem Baptistam. Coniuro vos febres et contradico per maiestatem, per patrem et filium et spiritum sanctum, per annunciationem dominicam, per adventum domini, per nativitatem Christi, per circumcisionem eius, per baptismum eius et ieiunium domini, per crucem et mortem domini, per resurrectionem domini et ascensionem, per spiritum domini. Coniuro vos febres et contradico, ut ultra non noceatis famulo dei N. Amen. Et dicas pater noster. Die celebrabis missam de spiritu sancto'.

1) Handschrift 'q'.